

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 1

Der Gordische Knoten

Der gordische Knoten bestand aus Seilen, die einer griechischen Sage nach am Streitwagen des phrygischen Königs Gordios befestigt waren und die Deichsel des Wagens untrennbar mit dem Zugjoch verbunden hatten.

334 v. Chr. traf Alexander der Große am Fluss Granikos in Kleinasien auf das Heer der Perser und deren griechische Söldner. Alexander schlug die persische Reiterei in die Flucht, die griechischen Söldner wurden umzingelt und niedergemacht. Griechische Gesandte baten Alexander um Freilassung der Gefangenen.

Alexander non modo hos, sed etiam ceteros Graecos restitui se suis iussurum
2 respondit finito Persico bello. Ceterum Dareo imminens, quem nondum
Euphratem superavisse cognoverat, undique omnes copias contrahit totis
4 viribus tanti belli discrimen aditurus. Phrygia erat, per quam ducebatur
exercitus, pluribus vicis quam urbibus frequens; tunc habebat nobilem
6 quondam Midae regiam. Gordium nomen est urbi, quam Sangarius amnis
praeterfluit pari intervallo Pontico et Cilicio mari distantem. Inter haec maria
8 angustissimum Asiae spatium esse conperimus – utroque in artas fauces
compellente terram. Quae quia continenti adhaeret, sed magna ex parte
10 cingitur fluctibus, speciem insulae praebet. (...) Alexander urbe in dicionem
suam redacta Iovis templum intrat. Vehiculum, quo Gordium, Midae patrem,
12 vectum esse constabat, aspexit. (...) Notabile erat iugum adstrictum
conpluribus nodis in semetipsos implicatis et celantibus nexus. Incolis deinde
14 adfirmantibus editam esse oraculo sortem eum Asiae potiturum, qui
inexplicabile vinculum solvisset, incessit animo cupido sortis eius
16 explendae. Circa regem erat et Phrygum turba et Macedonum (...) sollicita
ex temeraria regis fiducia, quippe series vinculorum ita adstricta, ut, unde
18 nexus inciperet quove se conderet, nec ratione nec visu perspicere posset. Ille
nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis: „Nihil“, inquit, „interest,
20 quomodo solvantur“, gladioque ruptis omnibus loris oraculi sortem vel elusit
vel implevit.

CERTAMEN CAROLINUM 2014

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 2

<i>Zeile</i>	
1	restituo: zurückgeben
2	Persicus: persisch Dareus, i m.: Dareios (Persischer König)
3	Euphrates, tis m.: Euphrat (Fluss)
4	Phrygia, ae f.: Phrygien
5	frequens: besiedelt
6	Midas, ae m.: (König Phrygiens) Gordium, i n.: (Hauptstadt des Königs Gordius) Sangarius: (Fluss)
7	Ponticum et Cilicum mare: Schwarzes und Kilikisches Meer
8	artae fauces: schmale Landzunge, schmaler Landstreifen
9	compello: verengen
12	iugum, i n.: Joch (Querbalken an der Deichsel)
13	nodus, i m.: Knoten semetipse: sich selbst celo, -avi, -atum: verbergen nexus, us m.: Windung
14	sors, tis f.: Orakelspruch
15	inexplicabilis, e: unauflöslich incedo, -cessi, -cessum: nach vorne treten
16	Phryges, um: Phrygier Macedones, um: Makedonier
17	temerarius: unüberlegt, blind quippe: da ja series, ei f.: Reihe, Windung
19	luctor, luctatus sum: sich anstrengen latens, entis: verborgen, versteckt
20	lorum, i n.: Riemen